

tiche consapute, non occorre che cerchi da sua Sang^{ta} che li scacci d' Inghilterra, perciò che hauendo i Cattolici libero esser-
citio della religione loro con sicurezza sufficiente et ragioneuole,
non si hauerà più di bisogno di seminarij in Spagna, ne di
riceuere mercedi et fauori del Rè Catt^{eo} perche cessaranno tutte
le occasioni e fundamenti de sospetti et trattati con esso lui, et
di patti, et con Archip., i quali somam^e desiderano che i Cattolici
ottenghino libertà di coscienza, et si oblicheranno molto
uolentieri, etiamdio con giuramento se sarà di mistiere di servire
alla Regina et obedirla in temporale in ogni cosa, et insieme
de fare quanto con buona coscienza et giustamente possino
fare questi sacerdoti, et i loro coniunti in satisfattione della
Regina, conforme però à ciò che sarà determinato et ordinato
da sua Santità. Onde non ueggo per qual cagione si senti che
sendosi la libertà della coscienza nel regno, iui deuo partire, et
gli altri restare, se però non fosse, che quelli che hanno di rimanere
si trouano di hauere promesso alla Regina più de quello che
con bona coscienza si può fare.

54, f. 126.

12. *Ex l'ris Angliae missis 3a Iunij 1602**Titulus noui libri contra presbiteros seculares.^a*

Manifestatio summæ stultiæ, et spiritus maligni quorundam
in Anglia qui uocant seipsos sacerdotes seculares, qui
excludunt quotidie infames et contumeliosos libros contra
uiros dignissimos qui eandem cum illis profitentur religi-
onem, et ex quibus aliqui eorum superiores sunt legitimi
ex quorum libellis uarii jampridem examinati et refutati
sunt.

Superiorum permissione 1602.

^a A manifestation of the great folly and bad spirit of certayne in England calling themselves Secular Priestes. Who set forth dayly most infamous and contumelious libels against worthy men of their own religion and divers of them their lawful Superiors, of which libels sundry are here examined and refuted. By priests lyving in obedience. Superiorum permisso 1602. By Father Parsons.

Quæ summatis in libro continentur
Hæc sunt quæ sequuntur.

Præfatio Catholico lectori.

Cap. 1^{mo} manifesta stultitia, et pessimi spiritus eorum qui tales libros composuerunt in electione argum^{ti} talium librorum.

Cap. 2^o stultitia, et extrema passio declarata in modo tractan' tale argumentum. Cap. 4^o stultitia, et præsumptio spiritus quod 54, f. 126b. tales sibi fecerunt aduersarios. Cap. 5^o Stultitia, et spiritus dishonesti quod tam manifestas falsitates, et contradictiones in æstimationis suæ iacturam protulerunt. Cap. 6^o Stultitia, et spiritus malignitas quod P. Personio quosdam obijciunt libros qui illum mirifice honestant ab ipso prodierunt cum breui quadam confutatione cuiusdam inepti libelli facti contra librum successionis. Cap. 7^o Turpis eorum et delusus spiritus quod sibi persuadeant id sibi honori fore, aut inde ipsi sibi honoris iacturam restitui posse qui ualde apud omne genus hominum (siue amici sunt siue inimici) diminuitur hoc modo procedendi clamoribus atque libellis. Cap. 8^o de alijs 5. libris aut potius absurdis et scandalosis libellis qui prodierunt, ex quo duobus primis fuerit responsum, et de alijs decem libris qui sub prælo esse dicuntur. Cap. 9^o directiones quædam datae Catholicis ad discernendam veritatem, et quomodo se gerant in tempore hoc contentionum cum examine plurimorum mendaciorum notissimorum et infamium W. W. in libro suo Quotlibetico.

Liber iste in 4^{to} est, et continet 120 folia.

Quinque alios libros misit in Angliam P. Personius in quibus praeter Sacerdotes Appellantates alijs 40^o uiri Catholici partim Sacerdotes partim nobiles conuitijs onerantur.

D'nus Vuatsonus egerrimè fert quod Romæ à Doctore Cecilio, 54, f. 127 D'no Musheo, D'no Champneo; Parisijs à Doctore Bagshau et D'no Bosuuilo; in Anglia à D'no Colingsono et alijs confratribus suis, non sine stomacho et indignatione, quidam qui illi à Jesuitis attribuuntur libri excipiuntur et nigro carbone notantur: cupit à

Sanctissimo sibi dari in Gallijs iudicem cui satisfaciat, aut purgatione aut penitentia.

Archipresbiter decreta noua ueteribus addit, censuras indies fulminat, Bullam Pontificis iniquissime declarat; in quo, et authoritatem suam excedit et Canones transgreditur: necesse est ista à Sanct^{mo} declarari, An facultates suæ ad hæc tria se extendant; ad decreta facienda, ad censuras alias quam quæ in literis Institutiis nominantur infligendas, ad Bullas Suæ Sanctitatis declarandas.

12. *De modo procedendi Sacerdotum qui Appellantes dicuntur: quedam à Jesuita quodam scripta et in Angliam missa, Romæ 27 Apr. 1602 Stylo nouo.^a*

54, f. 127b.

Neapoli et Mediolani magna militum collectio et belli apparatus sed quorsum nescitur, iterum tentanda dicitur Hibernia: Dux Feriæ in Siciliam uti Prorex transfretauit; in transitu P. Personium ad Ostiam Tiberinam ad se uocauit, qui adhuc ad nos non redijt. Sacerdotes Appellantes in turbulento suo negotio persistunt, et plura sibi pollicentur quam in fine inuenient. Papa agit cum illis clementè et paternè ueritus, ne cum uasa sint fragillima, penitus frangantur si alitè cum illis ageretur; importunè egerunt, cum Papa, ut interea [judicio] eius ab imputatione Scismatis liberarentur sed semper ad Breue reiciuntur et illis imponitur silentium, sicut et alijs, quoad illam attinet controversiam; libros posteriores negant, latinos duos solum agnoscunt, et se vidisse confitentur, Spem pacis,^b et Exemplar discursuum.^c Propositiones, quæ in ijs continentur pro hæreticis agnoscunt quod illos d'no Londinensi

^a The English original of this letter was forwarded by Phelippes to Sir R. Cecil on May 4 (*Cal. S. P. Dom. Eliz. cclxxxiv.*). Other letters, now in the Public Record Office, came from the same source, perhaps designedly, into the hands of the government. Compare Foley's *Records*, vol. i. (*Letters of Father Rivers, etc.*), and *Jesuits and Seculars*, p. cvii seq.

^b *The Hope of Peace*, by John Bennet.

^c *Copies of certaine Discourses*, by Champney, Mush, Bishop and Bennet.